

A KEY TO
LATIN SENTENCE
AND IDIOM

R. Colebourn

LONDON: METHUEN & CO LTD

First published in this form in 1956
Reprinted 1963

1154938

PA
1963

NOTES

Words in [] may be omitted or included; the sentence is correct with or without them.

Words in () are alternative versions which may stand in place of the word preceding the bracket. It is impossible of course to give all possible variants; but the most useful alternative versions are indicated.

Italics indicate that the position or order of the words is fixed by idiom and may not be varied.

* indicates that the words given in the second person singular could equally well be second person plural (provided that singular and plural are not mixed.)

In a very few places, long vowels have been marked to remove any uncertainty.

Exercise 1A

1. Ubi es?* 2. Quo is?* 3. Mene accusas?* (Accusasne me?)
4. Num me accusas?* 5. Venitne amicus tuus? 6. Nonne celeriter venit amicus tuus? 7. Num irata es, mater? 8. Tunc haec verba didicisti?* 9. Cur non omnia verba didicisti?* 10. Quot verba iam scis?* 11. Ubi pecunia inventa est? 12. Quo reliqui (ceteri) fugerunt? 13. Num discesserunt legati? 14. Quotiens librum amisisti?* 15. Uter consul mortuus est? 16. Quales libros emisti?*
17. Nonne urbem nostram pulchram existimas? 18. Patremne tuum (vestrum) hodie vidi? (Tuumne patrem hodie vidi?) 19. Num me dimittunt? 20. Quando hanc epistolam (has litteras) accepisti?*

Exercise 1B

1. *Quo in vico* (Quem vicum) hi agricolae incolunt?
2. Nonne in hoc vico natus es?
3. Num talia puer sorori [suae] dixit?
4. Quo ivit (discessit), et cur non nobiscum (apud nos) mansit?
5. Utri fratri praemium dedisti?
6. Quot milites heri in proelio vulnerati sunt?
7. Omnibusne gratias egisti a quibus praemia accepisti?* (Egistine gratias omnibus [eis] a....)
8. Quomodo fures fenestram aperuerunt?
9. Nonne sine causa ab inimicis accusatus sum?
10. Num di homines tam crudeles vivere patientur?

Exercise 2

1. Non mihi placet (me iuvat) hic diutius expectare.
2. Non debes pati canem fidelem mori.*
3. Difficillimum est aciem Romanorum superare (vincere).
4. Plerique malunt ludos spectare quam laborare.
5. Agricola exercitum [suum] in Caledoniam procedere iussit.
6. Milites propter itineris difficultates queri coeperunt.

7. Celerrime tamen contendere (iter facere) coacti sunt.
8. Nemo iam resistere ausus est (audebat).
9. Vetiti sumus ante noctem eo redire.
10. Quis nos bene legere docere potest? Saepe conati sumus id facere discere.
11. Barbari, qui soliti erant (quibus mos fuerat) oppida in collibus collocare (imponere), in campis incolere incipiunt.
12. Periculi ignoti timor nos prohibuit silvam ingredi (inire).

Exercise 3A

1. Hostium copias prope litus instructas vidimus.
2. Cur lapides cadentes times?*
3. Haec verba locuti flere (plorare) coeperunt.
4. Captivi, a rege dimissi (liberati), ei gratias egerunt.
5. Legati Cincinnatum in agris laborantem invenerunt.
6. Ad fluminis ripam progressi, prope pontem (ad pontem) constituerunt.
7. Roscius a cena rediens necatus (interfectus) est.
8. Barbari, hoc proelio superati, desperare coeperunt.
9. Omnes pro patria fortiter pugnantes interfecti (occisi) sunt.
10. Ducem secuti, ad oppidum ignotum (urbem ignotam) venimus.

Exercise 3B

1. Nautae, navem reficere iussi, ante noctem opus confecerunt.
2. *Caesar* in Italiam profectus magnum exercitum in Gallia reliquit.
3. Brevi (Mox), de Gallorum consiliis monitus, eo redire statuit.
4. Magnum gladiatorum numerum scuta gladiosque gerentium vidimus.
5. *Nostri*, hostes trans campum secuti, castra eorum ceperunt.
6. *Nostri*, hostes trans campum sequentes, palude impediti sunt.
7. In Hispania natus, puer inde in Britanniam veni.
8. Morituri sumus, nisi cibum ad nos (nobis) statim miseris.*
9. Pastores de monte descendentes clamores nostros (ex)audiverunt.
10. Legati a Thebanis missi crudeliter interfecti sunt.

Exercise 4A

1. Labore (Opere) perfecto, ex (ab) urbe discessimus.
2. *Octavianus* magnā classe paratā cum Antonio proelium commisit.
3. *Octavianus* magnam classem paratam contra Antonium duxit.
4. *Caesar* Gallis superatis (victis) multos obsides imperavit.
5. Regina his rebus cognitis mori statuit (constituit).
6. Pecuniā amissā puer ad matrem redire timuit (timebat).
7. Puer pecuniam inventam (repertam) ad patrem attulit.
8. Hastā fractā, gladio pugnare coactus sum.
9. Hostes multis navibus amissis se dederunt.
10. Verbis tuis auditis te sequi volumus.*

Exercise 4B

1. His condicionibus acceptis exercitus victus statim arma tradidit.
2. Timore deposito silvam densam ingressi sumus (inimus).
3. Plurimis navibus fractis, non omnes milites simul (uno tempore) transportari potuerunt.
4. Ad proximum collem progressi, castra posuerunt.
5. Complures nostrorum (e nostris), de ponte delapsi, vi fluminis ablati sunt.
6. Ponte refracto, plurimi in aquam delapsi perierunt.
7. *Graeci*, Troiā diu obsessā, novum consilium ceperunt (inierunt).
8. *Graeci* Troiam diu obsessam ceperunt.
9. Navibus subductis ad insulam propinquam se receperunt.
10. *Graecis* digressis Troiani equum ligneum in urbem traxerunt.

Exercise 5A

1. Insulā Siciliā egressi mare transimus.
2. Tiberio regente Seiani auctoritas maior facta est.
3. Comites mei cum ad litus venissent (ubi ...venerunt), navem conspexerunt (viderunt).
4. Absens accusatus sum: praesente me nihil dicere audes.*
5. Trans agrum currentes in fossam incidimus.
6. Clamores resistentium custodes excitaverunt.
7. Nautae cum e carcere effugissent (ubi...effugerunt) prope portum

- se condiderunt (se celaverunt).
8. Claudius Britannos oppugnatos superavit. (Claudius Britannos aggressus superavit).
 9. Cum ad portas (per)venissemus, gladiis dstrictis ingressi sumus.
 10. Caesar in Nerviorum fines (agros) progressus eos facile vicit.

Exercise 5B

1. Suetonius cum duabus legionibus regressus Londinium contra barbaros defendere conatus est.
2. Horatius, poeta praecclarus (notus), Manlio consule natus est.
3. Me epistolam tuam legentem uxor in hortum vocavit.
4. Numquam postea (rursus) Britanni libertatem recipere conaturi erant.
5. Iam e provincia egressi in regionem ignotam (in loca ignota) venimus.
6. Numquam te de hac re interrogaturus sum.*
7. Cum diu frustra expectavissemus, sine fratre domum rediimus.
8. Nostri equitibus fuis reliquos Gallos castra petentes (pro-) secuti sunt.
9. Caesar omnes obsides liberatos in Galliam remisit.
10. Tribus navibus completis, e portu profecti circum insulam navigavimus.

Exercise 6A

1. Canum est dominos amare.
2. Hostium equites nostros procedentes aggressi sunt.
3. Hostium equites nostros aggressi complures interfecerunt.
4. Hostium equites nostros aggressi interfecerunt.
5. Num prudentis est idem iterum facere?
6. O fili (Mi fili), quid novi nuper audivisti?
7. Plerique civium, hac re audita (his rebus auditis), pacem cupiverunt.
8. Hi nautae minus artis (scientiae) quam virtutis praebent (praestant).
9. Cur legere discere non vis?*

10. Nostri Gallis fuis castra eorum ceperunt.
11. Nostri castra Gallorum capta incenderunt.
12. Vultne magister nos ludere sinere?

Exercise 6B

1. Ille orator nimis eloquentiae, parum prudentiae habet (praebet).
2. Ponte vetere refracto, trans flumen natate (flumen tranare) coeperamus.
3. Scisne hortum colere?*
4. Caesar, peditibus subsequi iussis, ipse equites eduxit.
5. Uter horum te nimis vini bibere prohibuit?*
6. Omnium Graecorum erat inter se dissentire.
7. Pauci adstantium, (ex adstantibus) furem fugientem capere conati sunt.
8. Quod nos ingredi non sinebant, statim discedere statuimus.
9. Stultissimi est plus pecuniae ei dare.
10. Nonne consul ipse de equo delapsus est?

Exercise 7A Part 1

1. Hostes vincunt. 2. Dicit hostes vincere. 3. Audivimus hostes vincere. 4. Amicus [meus] epistolam mittet. 5. Scio amicum [meum] epistolam missurum esse. 6. Putabam amicum [meum] epistolam missurum esse. 7. Magna praemia dabuntur. 8. Certior factus sum (Mihi dictum est) magna praemia datum iri. 9. Dux respondit magna praemia fortibus datum iri. 10. Consul creatus est. 11. Audivistine eum consulem creatum esse?*
12. Nobis dixisti (Nos certiores fecisti) eum iterum (rursus) consulem creatum esse.*
13. Novus ludus maior erit. 14. Speramus novum ludum maiorem fore (futurum esse). 15. Cognovimus novum ludum maiorem fore (futurum esse).

Part 2

1. Mercator nobis dixit (nos docuit) se ex Italia venisse.
2. Respondimus eum ad regionem pulcherrimam venisse.
3. Senex putavit (putabat) filium [suum] se vocare.
4. Non puto (credo) omnes servos eius liberatum iri.

5. Spero me novam domum (novas aedes) hic aedificaturum [esse].
6. Non putamus eum vera dicere (loqui).
7. Uxor mea scripsit se liberosque valere.
8. Consul dixit se ante hiemem hostes victurum [esse].
9. Senatores responderunt eum id facere non posse.
10. Amici [nostri] nobis dixerunt (nos certiores fecerunt) se post cenam nos secuturos esse.

Exercise 7B

1. Legimus Nerone regente urbem Romam incendio deletam esse.
2. Multi credebant Neronem ipsum eam urbem incendisse.
3. Quando certior factus es (Quando tibi dictum est) comites [tuos] incolumes (tutos) esse?*
4. Non dixisti te hic mecum manere velle.*
5. Barbari credunt has arbores dis sacras esse.
6. Quis nescit (ignorat) Fortunam semper fortes adiuvere?
7. Nuntius respondit complures civitates arma sumpsisse.
8. Non conabor negare me saepe officia [mea] neglexisse.
9. Magister dixit se puerorum nomina in libro scripsisse.
10. Apollo Atheniensibus dixerat eos muris ligneis conservatum iri.

Exercise 7C

1. Heri certiores facti sumus (docti sumus) avum nostrum aegrum esse (aegrotare); hodie audimus eum mortuum esse.
2. Etsi sciebamus te aegrum fuisse (aegrotavisse), putabamus te venire conaturum [esse].*
3. Caesar ab exploratoribus certior factus est agmen in valle constitisse.
4. Milites aperte dixerunt optimam victoriae facultatem (occasionem) dimitti.
5. Num testes negant se vocem tuam audivisse?
6. Glaucus sperabat Scyllam carmine se amare coactum iri.
7. Spero te saepe mihi scripturum [esse] multaue dona missurum.
8. Maiores nostri putabant pauperes debere nobiles in honore habere.
9. Comites mei dixerunt nos ante noctem ad latronum speluncam (per)venturos.

10. Senes responderunt senectutem sibi iuventute gratiorem videri.

Exercise 8A

1. Noli taurum timere*: amicos [nostros] exspectemus.
2. Ne hic diutius maneamus.
3. Da mihi pecuniam quam invenisti.*
4. Omnes cives fortes civitatem (rem publicam) defendant.
5. O pater, quamquam pluit, sine me hodie ad ludos ire.
6. Statim proficiscamur et celerrime iter faciamus.
7. Ne in agris laboret.
8. Noli aquam bibere*: vinum optimum rogemus.
9. Noli eam domum (eas aedes) emere: prope mare habita.*
10. Plus pecuniae mihi mitte, nam panem emere non possum.

Exercise 8B

1. Tempa deorum veterum deleamus.
2. Omnes hic ducum adventum exspectent.
3. Ne timeamus neve desperemus (Ne aut t. aut d.) quamquam in gravi periculo sumus.
4. Vide ut (Cura ut) ante noctem in silva ludere desinas.*
5. Memento semper te civem Romanum esse.
6. Cave (Vide) ne nimis pecuniae impendas.*
7. Scito amicos [tuos] te desiderare.*
8. Sequere nos, neque locutus sis.*
9. Cura (Fac) ut ad omnes portas custodes disponas.
10. Sine nos [in] navem tuam conscendere: magnam pecuniam dare volumus.
11. Noli mihi scribere aut auxilium a me rogare (petere).*
12. Neve equites neve pedites fugientes trans paludem sequantur.

Exercise 9A

1. Avunculus meus nautas navem parare iussit.
2. Me rogavit ut secum mare transirem.
3. Ceteri senem hortabantur ut rediret (regrederetur).

4. Eum oraverunt ne periculum contemneret.
5. Sed [ille] nautas cursum mutare vetuit.
6. Te oro ne tanta voce loquaris.*
7. Nemo mihi persuadebit ut idem iterum faciam.
8. Mater [mea] me hortata est ut proficiscerer seque relinquerem.
9. Moniti sumus ne conaremur mari effugere.
10. Te monemus ne uxorem exspectes.

Exercise 9B

1. Varro Minucium vetuerat se absente hostes proelio lacessere. (Varro Minucio imperaverat ne se ...lacesseret).
2. Moneo vos, O iudices, ut reum propter adulescentiam (propter aetatem) absolvatis.
3. Senex nobis persuasit ut fuga salutem peteremus.
4. Fratres [mei] me rogant ut tibi negem eos velle fundum vendere.
5. Eos hortatus sum ut confiterentur se contra nos arma sumpsisse.
6. Dux (Imperator) tres cohortes procedere iussit collemque proximum capere.
7. Barbari Caesarem oraverunt ut ad suos redirent (regrederentur).
8. Pueri moniti erant ne in ea lacūs parte natarent.
9. Pater [meus] me vetuit prope flumen ire: nonne debeo ei parere?
10. Noli conari mihi persuadere ut spem victoriae abiciam (ut de victoria desperem).*

Exercise 10A Part 1

1. Ad ludum venimus ut discamus. 2. Mucius ad castra ivit ut regem interficeret. 3. Se celavit (abdidit) ne videretur. 4. Galli procedunt ut Romam capiant. 5. Hostes processerunt ut urbem oppugnarent. 6. Vēni ut pecuniam solvam. 7. Ne capiaris, vias vita.* 8. Fugiemus ne puniamur.

Part 2

1. Has litteras (Hanc epistolam) scribo ut te (vos) de periculo moneam.
2. Brutus Caesarem interficere statuit ut res publica libera esset.

3. Ne aurum amitteret, mulier sub terram celavit.
4. Orator in mensa stabat ut omnes facile se viderent.
5. Horatius trans flumen natavit (H. flumen tranavit) ne ab Etruscis caperetur.
6. Uxor [mea] ad forum ibit ut cibum vinumque emat.
7. Ne captivi effugiant, omnes portas statim claude.*
8. Tacuerunt, ut se sapientes (prudentes) putarem (haberemus).

Exercise 10B

1. Caesar, ut incolas eius regionis oppugnaret, classem arcessere coactus est.
2. Exploratores emittamus, ne ab hostibus incauti capiamur.
3. Viginti milia civium convenerant ut ludos spectarent.
4. Ad litus exeamus (egrediamur) ut pisces petamus.
5. In Italiam adolescens venerat ut dives fieret.
6. Achilles, ut Patroclis mortem ulcisceretur, Hectorem interficere constituit.
7. Post hanc arborem te conde (cela), ne soror te reperiat (inveniat).*
8. Ut se contra barbarorum impetūs defenderent, urbem muris altissimis cinxerunt.
9. Verres nos ad hoc templum misit ut Herculis statuam praeclaram auferamus.
10. Atalanta, ne Hippomenes se vinceret, mālum aureum deiecit.

Exercise 11A

1. Tam celeriter cucurrimus ut defessi simus.
2. Tanta fuit tempestas ut non venerimus.
3. Tot libros emeram ut [eos] portare (ferre) non possem.
4. Tam stulti sunt ut nihil didicerint.
5. Tam latum erat flumen ut pontem aedificare non potuerimus.
6. Tanta fuit militum virtus (Tantus...animus) ut omnes impetūs sustinerent.
7. Ita (Tali modo) te gessisti ut numquam te laudaturi simus.*
8. Tantum pretium rogavit ut domum (aedes) non emerim.

9. Tam acriter nostri pugnant ut facile Gallos superaturi sint.
10. Tam altus est murus ut flores videre non possimus.

Exercise 11B

1. Tot orationes nuper audiui ut nolim hodie senatui adesse.
2. Tam male canis ut nemo te audire velit.*
3. Tam crudelis (saevus) erat rex ut a civibus iratis [e] regno expulsus sit.
4. Ultra hanc vallem, tam angusta fit via ut difficile sit longius progredi.
5. Tantum fuit militum studium (Tanta... alacritas) ut imperator statim proelium committere ausus sit.
6. Tam ingens est theatrum ut omnes incolae simul fabulam spectare possint.
7. Adeo nos decepit dux ut insidias non providerimus.
8. Tam gravis est morbus ut cras moriturus sit.
9. Tanta est Christianorum constantia ut deos nostros precari nolint.
10. Tot arbores excēdisti ut nulla iam umbra in horto sit.

Exercise 12A

1. Magna voce locutus est ut omnes se audirent.
2. Tanta voce locutus est ut omnes eum audire possemus (eum audiremus).
3. Iube milites statim [in] naves conscendere.
4. In silvas exeamus (egrediamur) ut novos flores legamus.
5. Senex filiis convocatis dixit (filios convocatos certiores fecit) se velle fundum vendere.
6. Veta illos pueros lapides in hunc hortum iacere (inicare).
7. Matrem rogaverunt ut sibi plus pecuniae daret.
8. Ut bene scribere discas, optimos libros lege.*
9. Tantum fuit (erat) eorum gaudium ut nimis vini biberint.
10. Ut ante noctem ad vicum pervenias, celerius iter fac.*
11. Equites iussi sunt fugientes (pro)sequi.
12. Tam densa erant folia ut aves videre non possemus (potuerimus).
13. Num credis (putas) me per fenestram effugere conaturum esse?*

14. Tam neglegentes sunt custodes ut per ianuam effugere conaturus sim.
15. Vetiti sumus sub ea arbore stare (consistere).
16. Caesar iam cognoverat legatos a compluribus (nonnullis) civitatibus missum iri.
17. Tantam praedam (Tantum praedae) hi mercatores iam vendiderunt ut ditissimi sint.
18. Si nocentes sunt, severe (graviter) puniantur.
19. Certiores facti regem crudelem mortuum esse, dixerunt se gaudere.
20. Pro patriciis neve laboremus neve pugnemus.

Exercise 12B

1. Noli putare (Ne existimaveris) hortos quos vidimus meo (meis) pulchriores esse.
2. Dictator magistrum equitum vetuerat se absente proelium committere.
3. Tam saepe (Totiens) falsis rumoribus decepti eramus ut verum periculum non timeremus (timuerimus).
4. Sagittarii iussi erant prope vadum in insidiis latere.
5. Pro certo habeo, maiore pretio soluto, nos statim dimissum iri.
5. Ossibus visis (Ubi ossa vidimus) adeo perterriti sumus ut e spelunca fugerimus.
7. Non puto necesse esse idem iterum (rursus) rogare.
8. Marius, ne inimici se interficerent, in palude prope oram se celavit (abdidit).
9. Hi obsides volunt nos orare (a nobis petere) ut se ad suos remittamus.
10. Cura (Fac) ut fratrem admoneas ut nos laborantes adiuvet (ut nobis laborantibus subveniat).
11. Ut pecuniam solverem, coactus sum fundum vendere qui a patre mihi relictus erat.
12. Hanc epistolam (Has litteras) Ciceroni redde, nec responsum exspectaveris.
13. Servus non ausus est negare se ipsum venenum paravisse.
14. Credo te de industria libros celavisse: cave ne cras sic (ita) tempus teras.*

15. Ut novam provinciam bene administremus (regamus), barbarorum linguam discamus.

Exercise 13A

1. Neminem ibi reliquimus.
2. Neque dedimus [ullum] panem eis neque vendidimus. (Nullum panem eis aut d. aut v.)
3. Diu spectavi, neque quidquam vidi.
4. Clam discesserunt, neque umquam revererunt.
5. *Ne fortissimi quidem milites* vallum ascendere (transcendere) ausi sunt.
6. Hostium exploratores nec vidimus nec audivimus.
7. Neminem aut inire aut exire (discedere) passus sum.
8. Tristi nuntio allato nec rex nec regina locuta est.
9. Cur ne tuae quidem sororis filios invitavisti (vocavisti?)
10. Neuter consul hodie in senatum venit.

Exercise 13B

1. Quamquam in valle quaesivi, nullos flores usquam repperi.
2. Nemo nostrum vult aut panem tuum esse aut vinum quod attulisti bibere.*
3. Tam saepe (Totiens) per eas regiones (ea loca) iter fecerant ut *ne leones quidem saevos* (feros) timerent.
4. Nihil non fecit ut argentum amissum reciperet.
5. Saepius mihi dixit se te (vos) novisse.
6. Proelio facto Romani sine dubio victores (superiores) discesserunt.
7. Vel ponte vel vado facile flumen transire poteris.*
8. Nusquam fere iam (nunc) principes aut potestatem aut auctoritatem habent.
9. Certior factus sum neutrum horum laborem (opus) suscipere velle.
10. Tam iratus fuit Coriolanus ut nec mater nec uxor eum movere posset (potuerit).

Exercise 14A

1. Consul negavit hostes nos umquam victuros [esse]
2. Credebamus (Putabamus) hostes numquam nos victuros [esse].
3. Iuro me numquam te (vos) decepturum [esse].
4. Narratur (Fertur) Homerus caecus fuisse.
5. Constabat [inter omnes] eum dolo turpi creatum esse.
6. Spero me ibi te uxoremque visurum [esse].
7. Necesse est nocentes tandem poenas dare.
8. Imperator, arbitratu (ratus) hostes appropinquare (advenire), aciem instruxit.
9. Videbantur (Visi sunt) constituisse non cedere.
10. Polliciti se magnum auri pondus relatuos [esse], profecti sunt.

Exercise 14B

1. Apparet (Manifestum est) te quoque idem (eadem) sentire.*
2. Dimittēris (Liberaberis) si pollicitus eris te praedam redditurum [esse].*
3. Videris, mi fili (O fili), divitias gloriae antepone.
4. Constat [inter omnes] Germanos crudeliores esse Gallis (quam Gallos).
5. Custodes negaverunt quemquam conatum esse arcem intrare (ingredi).
6. Nuntiatum est decem naves vi venti fractas esse.
7. Arbitrati (Rati) comites nostros non iam profectos esse, lente iter fecimus.
8. Dicitur (Fertur) Catilina minatus esse se rem publicam eversurum [esse].
9. Speramus nos bello confecto (ubi bellum confectum erit) incolumes redituros [esse].
10. Noli polliceri te his legatis obsides traditurum [esse].*

Exercise 15A

1. Sex dies apud nos morati, heri solis ortu discesserunt (profecti sunt).
2. Meridie solvimus et (Meridie profecti) ad solis occasum navigavimus.

3. Cottidie mane ad templum Iovis eunt (templum Iovis adeunt).
4. Triginta septem annos natus consul creatus est.
5. Per eam noctem in insidiis latuerunt; tandem prima luce apparuerunt.
6. Tarquinius quattuor iam menses (quintum iam mensem) regnabat.
7. Urbs nostra *abhinc annos ducentos* condita est.
8. Quotā horā (Quā horā) cenare soles?*
9. Paulo post [primam] lucem discesserunt (profecti sunt), et vesperi revenire conabuntur.
10. Sub meridiem reliqui hostes se dederunt.
11. Noctes, quae aestate breves sunt, sub hiemem longiores fiunt.
12. Decem iam annos (Undecimum iam annum) Troiam obsidemus.

Exercise 15B

1. *Abhinc annos viginti* cum uxore liberisque in Africam ivit.
2. A nullo his sex mensibus visus est.
3. Polliciti sunt se biduo pecuniam reddituros [esse].
4. Audio te hos decem dies aegrum fuisse (aegrotasse).
5. Proxima aestate bellum inter Romanos Poenosque ortum est.
6. Forte pater eius quattuor ante mensibus mortuus erat.
7. Interdum latrones in montibus latent; noctu vicos propinquos praedantur.
8. Quotannis nautae naves vere deducebant (deducere solebant).
9. Ex eo tempore portae cottidie solis occasu clauduntur.
10. Postridie solis ortu senatores (patres) convenerunt, neque ante nonam diei horam discesserunt.

Exercise 16A

1. Nescio quare hoc fecerit.
2. Magister puerum rogavit quid vidisset.
3. Non intellegit quantum fuerit periculum.
4. Statim vidimus quantum esset periculum.
5. Cognosce num nobiscum ire velit.
6. Obliti sumus quot dona ei (ad eum) missetemus.
7. Tandem audiverunt quo ivissemus.
8. Nemo scit num hostium copiae cessurae sint.
9. Sensimus (Intelleximus) quam difficile iter futurum esset.
10. Dic mihi (Doce me) quis sis et quare veneris.*

Exercise 16B

1. Caesar captivos rogavit (e captivis quaesivit) quot civitates contra populum Romanum coniuravissent.
2. Saepe obliviscimur quem ad modum nos gerere debeamus.
3. Nescivimus (Nesciebamus) quando ad urbis portas (per-) venturi essemus.
4. Cognosce ex amicis num diu hic mansuri sint.
5. Incertum (Dubium) erat quo hostes noctu ivissent (discessissent).
6. Dic mihi (Doce me) num canem meum nuper videris.*
7. Mirum est quam celeriter pueri pecunia consumatur.
8. Duae viae in hoc oppidum ferunt: scisne utrā ingressurus sit?
9. Memini ubi ei occurrerim (eum convenerim) et quid se facturum pollicitus sit.
10. Imperator exploratores rogavit quot equites ultra montem (collem) vidissent.

Exercise 16C

1. Senex non meminit quot annos in eodem vico habitaverit.
2. Plinius statuit Traianum rogare (e Traiano quaerere) num Christianos puniri vellet.
3. Incertum (Dubium) erat uter consul maiorem victoriam reportavisset.
4. Servi nesciunt num dominus se liberaturus sit.
5. Mirum est quam saepe idem carmen canat.
6. A rege interrogatus, nobis dixit (nos certiores fecit) quam diu apud exercitum fuisset.
7. Conare cognoscere quo eamus et quando profecturi simus.
8. Pauci vestrum intellegunt quam difficile futurum sit hostes clam circumvenire.
9. Iudices hortatus sum ut aperirent (dicerent) quantum pecuniae accepissent.
10. Custodes rogavi num scirent quid superiore (priori) nocte factum esset (accidisset).

Exercise 17A

1. Dic nobis (Doce nos) quare mortuus sit.*
2. Amicos docuit quale esset iter.
3. Nescimus quantus ille ager sit.
4. Incertum (Dubium) erat ubi hostium castra essent (posita essent).
5. Nonne intellegis quare (quo consilio) id rogem (rogaverim)?
6. Nemo suspicabatur unde rumor ortus esset.
7. Patre [suo] iubente aurum mihi reddidit (remisit).
8. Servis adiuvantibus pecuniam reperimus.
9. Volo te brevi servitute liberari.*
10. Caesare duce (ducente) Gallos superavimus.
11. Consulibus absentibus non audemus vobis respondere.
12. Pompeio victo nemo sciebat quid Caesar facturus esset (quid Caesar in animo haberet).

Exercise 17B

1. Multa mentitus statim intellexit quam stulte respondiisset.
2. Ut cognosceret quam altum esset flumen, dux complures speculatores praemisit.
3. Dic mihi quare velis consilium comitibus insciis mutare.
4. Auctoribus (Monentibus) nautis paullo ante [primam] lucem solvimus (ancoram sustulimus).
5. Caesar voluit (volebat) absens consul creari.
6. Amico mortuo magno dolore affectus est.
7. Nemo fere tum intellegebat quare (quem admodum) tempestates fierent (orerentur).
8. Tam diu cum eo (apud eum) mansi ut non intellegam quo consilio me invitum dimiserit.
9. Semper utilius est monere quam queri.
10. Diligenter cognovit quot quantique essent portūs eius orae.

Exercise 18A

1. Sperasne te paucis diebus opus confecturum (perfecturum) [esse]?*
2. Quando rursus pace fruemur? Nescio quare bellum geramus.

3. Nemo ea nocte prae gaudio dormivit.
4. Britanni ferro pro pecunia uti solent.
5. Tam stultus est *ut ne nomen quidem* suum scribere possit.
6. Pater [meus] minatus est se non me secum ad mare ducturum esse.
7. Britannia aliquanto maior Sicilia est: non facile totā insulā potiemur.
8. Quis scit quare consilia nostra mutata sint?
9. Tantum vini attulimus ut aquā non nobis opus sit.
10. Negaverunt quemquam accusatum iri; sed non putavimus eos vera loqui.
11. Hostium pavore (terrore) freti, summa celeritate in eorum fines processimus (contendimus).
12. Nonne intellegis (sentis) quem ad modum nos decipiat?*
13. Eum rogavi num me absente domus refecta esset (aedes refectae essent).
14. Celeri nave vecti, duodecim diebus in Asiam pervenimus.
15. Nobis insciis discesserant, nec sciebamur ubi eos rursus reperturi essemus.
16. Dicuntur (Feruntur) maiores nostri barbas longas habuisse.
17. Putasne talem morem laude dignum esse?*
18. *Abhinc annos decem* Troiā discessimus (profecti sumus); sex iam menses in hac insula habitamus.
19. Cur vis cognoscere quam alta sit illa arbor?
20. Duce monente nonā horā profecti sumus, ut vesperi adveniremus.

Exercise 18B

1. Nullas fere litteras (epistolas) a te his sex mensibus accipi.
2. Doleo te aegrum fuisse; quando speras te ad amicos regressurum?
3. Narrantur aves folia attulisse ac puerum puellamque dormientes texisse.
4. Incertum erat quot hostium naves pridie depressae essent.
5. Legati postulaverunt ut centum obsides triduo sibi traderentur.
6. Videris aut nos decipere conari aut ipse ab aliis deceptus esse.
7. Romani, quorum naves multo minores sunt quam Gallorum, remis uti solent.
8. Suspicatus nos se agnovisse, in proximum templum confugit.

9. Senesne multis voluptatibus frui possunt?
10. Me rogaverunt quo die natus essem et num sorore maior [natu] essem.
11. Cyclopes pane et lacte vescuntur; multo tamen saeviores hominibus sunt.
12. Non potes me cogere polliceri me te secuturum.*
13. Quantā pecuniā nobis opus erit? Nescio quo eamus (ituri simus).
14. Alii milites equis in urbem invecti sunt; alii pedibus sunt ingressi.
15. Num oblitus es (Oblitusne es) matre viva nos plures servos habuisse (matre viva plures servos nobis fuisse)?

Exercise 19A

1. Legati Corintho in suam urbem remissi sunt.
2. Malumus Londinii quam ruri habitare.
3. Caesar magnam classem Brundisium convenire iussit.
4. Legio tertia decima, tredecim milia passuum progressa, ad (prope) Ravennam castra posuit.
5. Ab ea parte oppidi fossam quindecim pedes altam duxerunt.
6. Villa quam emi viginti milia passuum ab Antio abest (distat).
7. Hoc vinum in urbem ad amicos [nostros] mittemus.
8. Etsi eodem it, aliā viā iter faciet.
9. Flumen Tiberis est ducentos quinquaginta milia passuum longum.
10. Veni huc: cur domo discessisti?* Hodie ubique pericula sunt.

Exercise 19B

1. Quamquam Via Appia contendimus (properavimus), sero huc venimus.
2. Equites a sinistro [latere] instructi erant, legiones in media acie constiterant.
3. Ex altera castrorum parte egressi, hostes a tergo oppresserunt (adorti sunt).
4. Quomodo pedibus flumen decem pedes altum transire possumus?
5. Multae naves militum (militibus) plenae Carthagine in Hispaniam profectae sunt.

6. Romani hostibus terra marique victis tandem pace fruebantur.
7. Tot incendia per totam urbem fuerunt ut incolae omnibus portis fugerent.
8. Haec dona Athenas ad fratres [meos] missurus sum.
9. Inimici Caesaris putabant (credebant) se Corfinii in oppido bene munito tutos futuros (fore).
10. Ea urbs muris viginti pedes altis, decem latis cincta est.

Exercise 20A

1. Num quid exploratores cognoverunt?
2. Utrum emisti equum an invenisti?*
3. Utrum vis donum ei mittere an non?*
4. Nemo rogavit utrum Gallus an Britannus esset servus.
5. Haud scio an tandem vera dicas (loquaris).*
6. Utrum mavis senum an adolescentium (iuvenum) sententias audire?*
7. Nesciebamus utrum opus suscepturus esset necne.
8. Utrum in flumine an in mari piscaturus es (piscari in animo habes)?*
9. Non mihi dixerunt num quis ante me nuntium attulisset.
10. Dic mihi (Doce me) utrum aestate an hieme in Asiam navigaveris.

Exercise 20B

1. Utrum cautibus (saxis) improvisis an vi venti navis fracta est?
2. Milites incerti erant utrum Sabinus an Cotta legioni praeesset.
3. Nescio, nautae, an novam insulam, multo maiorem Siciliā, invenerimus.
4. Utrum Hispaniae an Galliae montes altiores sunt?
5. Num quis scit quare socii minati sunt se nos deserturos?
6. Quamquam iterum iterumque clamavit, nescivit num quis audiret.
7. Iudices decernent (statuent) utrum reus innocens sit necne.
8. Haud scio an maiores [nostri] multo feliciores quam nos fuerint.
9. Utrum terra an mari hinc domum remitemur?
10. Utrum Romanos an Poenos credis victoria digniores fuisse?*

Exercise 21A

1. Ne quis post solis occasum [ex] urbe egredi conetur.
2. Centuriones monuit ne quis ante signum gladium destringeret.
3. Ne punirentur, pueri in horto se celaverunt (condiderunt).
4. Eos monui ne quid de adventu meo dicerent.
5. Ne quando barbari in provinciam invaderent (irrumperent) vallum (munitio) ingens factum (facta) est.
6. Ne captivi effugerent omnes portas clausimus.
7. Nos monuerunt ne [e] nave egrederemur neve portum iniremus (ingrederemur).
8. Huc veni eo consilio ut regem Porsenam interficerem.
9. Hortatus sum ne quis proelium vitaret neu periculum timeret.
10. Ne tempus teras, polliceor me properaturum [esse].

Exercise 21B

1. Coniurati ne caperentur clam rus exierunt.
2. Ne quo clamore (sonitu) excitetur, in mediis aedibus (in media domo) dormire solet.
3. Ne hostes nostros a tergo circumvenirent neve aqua [eos] intercluderent, Caesar tres cohortes a sinistro [latere] collocavit.
4. Ideo (Idcirco) te moneo ne quo dolo (ne qua fraude) decipiaris.
5. Ne consilium aperiretur, iuraverunt se nihil contra leges fecisse.
6. Neu spem abiciamus (Neu desperemus) neu minis cedamus.
7. Ne quando frustra auxilium roges, socios magna cura dilige.*
8. Nos oravit ne se reprehenderemus, neu stultum putaremus (haberemus).
9. Caesar magnis itineribus procedebat (contendebat) eo consilio ut hostes quattuor diebus consequeretur.
10. Ne quis verba huius tam periti hominis (viri) neglegat.

Exercise 22A

1. Transfugae a nuntio moniti sunt ut noctem (solis occasum) expectarent.
2. Nemo mihi persuadebit hanc legem aequam esse.
3. Uxor tua me iussit litteras tibi (ad te) scribere.

4. Socii nostri speraverunt (sperabant) fore ut fortius resisteremus.
5. Iube servos cenam statim inferre.
6. Doce me (Dic mihi) utrum Gallia an Britannia maior provincia sit.
7. Primum me rogavit quid in manu haberem; tum (deinde) me rogavit ut sibi darem.
8. Fratri tuo persuade ut consulatum petat.
9. Non credo fore ut omnes servi liberentur.
10. Consul dixit fore ut ante hiemem hostes vinceret.

Exercise 22B

1. Quomodo iudicibus persuadebis reum tale scelus admisisse?
2. Ubi eum rogavi (Ubi ab eo petivi) ut mecum veniret, me rogavit (a me quaesivit) quo irem et quota hora huc reverturus essem.
3. Etsi sciebamus patrem dolum nostrum graviter (aegre) ferre, nesciebamus utrum nos puniturus esset.
4. Vetiti sumus cuiquam dicere quid acciderit (factum sit).
5. Si uxor tua aegra est, moneo ut medicum arcessas (medicus arcessatur).
6. Cicero senatum convocatum monuit rem publicam in gravi periculo esse.
7. In hoc libro Ovidius narrat quem ad modum Iuppiter statuerit homines delere.
8. Tanto ingenio praeditus erat ut speraret fore ut tribus mensibus linguam Graecam disceret.
9. Apollo Athenienses docuerat fore ut muris ligneis (con)servarentur.
10. Comites mei dixerunt fore ut ante noctem ad latronum speluncam veniremus.

Exercise 23A

1. Non timeo ne vincamur (superemur).
2. Timeo ne hostes vincere non possimus.
3. Veriti silvam intrare (inire) constiterunt.
4. Periculum est ne non ad tempus reveniat.

5. Timebat (Timuit) ne comites se desererent (relinquerent).
6. Timeo ne arx iam capta sit.
7. Speculatores, veriti ne hostes se vidissent, se receperunt.
8. Num times vera dicere (loqui)?*
9. Timuimus (Timebamus) ne amici [nostri] domi non essent.
10. Servus domini iram veritus postridie (au)fugit.
11. Timuimus (Timebamus) ne totam noctem plueret.
12. Pueri timebant (timuerunt) ne magister subito ianuam aperiret.

Exercise 23B

1. Timeo ne tibi (vobis) videar comitibus imprudentior esse.
2. Timebat (Timuit) ne ceteri se gloriari putarent.
3. Grave periculum erat ne novi pontes vi aquae refringerentur.
4. Nautae, veriti ne navis fluctūs ingentes non sustineret, solvere (ancoram tollere) timuerunt.
5. Senex, a filiis filiabusque desertus (relictus), timebat (timuit) ne fame periret (moreretur).
6. Timeo ne fures heri omne aurum abstulerint.
7. Primo Galli urbem desertam ingredi (inire) timebant (timuerunt).
8. Timebant (Timuerunt) ne quae insidiae in viis essent.
9. Senatores (Patres) timebant (timuerunt) ne Papirius patre inscio consilia sua aperiret.
10. Num gladiator timet ne ab adversario [suo] ignavus appelletur?

Exercise 24A

1. Non possum tibi dicere quem ad modum heri huc venerim.
2. Cognosce utrum frumento an piscibus barbari vescantur.
3. Pedites longiore itinere contenderunt (iverunt) ut hostes a tergo circumvenirent.
4. Cives timebant ne Catilina consul fieret (crearetur).
5. Adulescens id (hoc) eo consilio fecit ut patrem ulcisceretur.
6. Non puto (credo) bellum hac aestate confectum iri (Non puto fore ut bellum...conficiatur).
7. Nullas fere litteras nuper Athenas ad filium misisti.
8. Pro certo habeo fore ut facillime natate discas.

9. Nautae Athenienses, terra marique victi, timebant ne numquam patriam viderent.
10. Utrum in urbe an ruri habitare mavis?*
11. Nescio an (Haud scio an) maiore praemio dignus sit.
12. Hostibus fuis, oppidum eorum captum delevimus.
13. Roga eum num timeat flumen quinque pedes altum transire.
14. Corpus totum diem humi iacebat, nec quisquam vidit.
15. Incertum (Dubium) est utrum nos a latere oppugnaturi sint necne.
16. Pastor nos monuit noctem adesse iussitque domum properare.
17. Te oro ne quem de hoc scelere certiore facias.*
18. Dic mihi quando speres te eam pecuniam mihi redditurum [esse].*
19. Timebamus (Timuimus) ne consul de equo delapsus esset.
20. Ne quid audiant, omnes fenestras claude.*

Exercise 24B

1. Ne hostes his locis (in hac regione) pabulentur, iube equites proximum collem capere (occupare).
2. Timeo ne his officiis non diutius fungi possim.
3. Arx ab utraque parte (Arx utrimque) vallo viginti pedes alto (vallo viginti pedum) defendebatur.
4. Te moneo aquam multis locis duodecim pedes altam esse: cave ne incidas.*
5. Legio quarta decima, [quae] a sinistro latere (cornu) collocata [erat], a tergo oppugnata est.
6. Dic mihi utrum uno die hinc domum pervenire possim necne.
7. Periculum erat ne amici nostri non providissent quid facturi essemus.
8. Ne quis horum proditorum exemplum sequatur.
9. Timeo ne proximi montes triginta milia passuum absint (distent).
10. Malumus hac aestate Baiis otio frui quam diutius Romae morari (manere).
11. Timuerunt (Timebant) ne frigore prohiberentur bene dormire.
12. Duodecim iam annos (Tertium decimum iam annum) Athenis in urbe pulcherrima habito.
13. Custodes ad portas dispositi (collocati) sunt ne quis clam ingrediatur.
14. Timuit (Timebat) ne ipse periculum iniret, alii gloriam (laudem)

- quaerent (pararent).
15. Nescio num quis errorem animadverterit (senserit).
 16. Nescio an (Haud scio an) nemo animadverterit quis ibi sedeat.

Exercise 25A

1. Pueri semper patribus [suis] parere debent.
2. Hostes diu et acriter equitibus nostris restiterunt.
3. Verba eius omnibus [eis] qui concilio aderant displicuerunt.
4. Integrae copiae laborantibus succurrerunt (eis quae laborabant subvenerunt).
5. Cur, O mater, non ditiori viro (marito) nupsisti?
6. Caesar rogatus est ut omnibus captivis parceret.
7. Forte heri Horatio in ponte occurri.
8. Amicus fidelis aliis consulit, non sibi.
9. Pompeio non favebo, nam prudentia ei deest.
10. Timuerunt (Timebant) obsidibus mortem minari.
11. Caesar ei civitati bellum intulit quod provinciae nocuerat (-ant).
12. Adulescens multis proeliis interfuerat.

Exercise 25B

1. Romani, ducibus diffisi, in medios montes procedere noluerunt (se in medios montes processuros negaverunt).
2. Quod mihi nubere nolebat, sororem eius [natu] minorem duxi.
3. Haud scio an mater mihi ignoscere velit.
4. Priore (Superiore) aestate Veientes Romanis (populo Romano) bellum indixerant.
5. Pauci libertati student; plerisque placet sibi consulere.
6. Pompeii legatos extra castra conveni.
7. Respondi neminem fere iam ei favere; sed noluerunt mihi credere.
8. Apparet (Manifestum est) fore ut minus acriter nobis resistent.
9. Nescio quando socii [nostri] nobis subventuri sint.
10. Sex iam menses Afranius illi exercitui praeest.

Exercise 26A Part 1

1. Divitibus saepe invidetur.
2. Captivis propter virtutem (fortitudinem) parceretur.
3. Nocentibus numquam ignoscetur.
4. His civitatibus a finitimis nocitum erat.
5. Facile ab amicis nobis persuasum est ut id (hoc) faceremus.
6. Ciceroni propter eloquentiam invidebatur.
7. Non iam mihi a nobilibus favebitur.
8. Nobis a magna manu sagittariorum resistebatur.
9. Cur non semper legibus paretur?
10. Priscis temporibus pauperibus a divitibus subveniebatur (succurrebatur).

Part 2

1. Ad vesperum pugnatum est.
2. Undique in forum concursus est.
3. Gallis parceretur, etsi tam diu nobis restiterunt.
4. Iterum idem (eadem) dic: fortasse tibi credetur.*
5. Ab eis quibus nocui mihi ignotum est.
6. (Con)clamatum est ut oppidum dederent.
7. Media nocte e portu discessum est; postero die (postridie) ad insulam perventum est.
8. Civibus aegre persuasum est ut magistratibus parerent.
9. Equitibus ab utrisque emissis, acerrime pugnatum est.
10. Si fratri meo nupservis, ab omnibus mulieribus (feminis) tibi invidetur.

Exercise 26B

1. Rex, quamquam non ei nocitum erat, coniuratis mortem minatus est.
2. Edixit (Imperavit) ne cui parceretur.
3. A prima luce ad nonam diei horam pugnatum est.
4. Ubi praediximus quantum periculum Caesari immineret, nobis non creditum est (Nobis praedicentibus quantum....immineret non creditum est.)
5. Noli nobis timere;* nam pro certo habeo nobis non nocitum iri.

6. Caesar proelium commissurus militibus decimae legionis dixit se eis confidere.
7. Ne vobis persuadeatur, cives, ut agrum (terram) bonaque (opesque) tradatis.
8. Audio tibi persuasum esse ut eis ignosceres qui te accusant (accusaverunt).
9. Pollicitus est se triduo (intra triduum) nobis subventurum.
10. Quamquam saepius patri displicuerant, sperabant sibi ignotum iri (sperabant fore ut sibi ignosceretur).

Exercise 27A

1. Huc missus sum qui tecum (vobiscum) laborem.
2. Habemus quod tibi (vobis) demus.
3. Caesar tres cohortes reliquit quae hostes vexarent.
4. Puer togam deposuit quo facilius curreret.
5. Propter incendium non habebamus ubi dormiremus.
6. Da mihi pecuniam qua panem emam.*
7. Athenienses me miserunt qui Apollinis oraculum consulere.
8. Avunculus meus novum librum quem legamus misit.
9. Reus non habebat quod de scelere diceret.
10. Quo plures amicos habeas, optimum eme vinum.*

Exercise 27B

1. Caesar exploratores praemisit qui cognoscerent ubi essent hostes.
2. Brutus, orator eloquentissimus, delectus est qui apud plebem orationem haberet.
3. Mercator dives agrum emit ubi villam sibi aedificaret.
4. Legati a Veientibus Romam missi sunt qui pacem orarent.
5. Ubi me rogavit (Ei roganti) unde venissem, non habui quod responderem.
6. Caesar castris positis in omnes partes dimisit qui aquam lignumque peterent (qui aquarentur et lignarentur).
7. Lacum novo ponte transii, quo celerius domum pervenirem.
8. Mulieres timebant ne non esset qui onera tam gravia portaret

(ferret).

9. Non est quod gloriae meae invidias.*
10. Galli frumentum combusserunt (incenderunt) ne quid relinqueretur quo Caesaris copiae vescerentur.

Exercise 28A

1. Non is es qui sine causa me reprehendas.
2. Erant (Fuerunt) qui aliud putarent.
3. Nemo est quin sciat Romanos barbaris fortiores esse.
4. Erant olim multi cives qui numquam legere discerent.
5. Nemo tam fortis est qui omnia genera periculorum (qui pericula omnium generum) contemnat.
6. Dignus est qui propter virtutem magnum praemium accipiat.
7. Nemo erat quin novo consuli confideret.
8. Haec lingua idonea est quam discas.*
9. Quis est qui me trans paludem ducat?
10. Ei erant quos nemo in honore haberet.
11. Non is est pater meus qui aliis invidet.
12. Nemo est quin pacem desideret.

Exercise 28B

1. Erant (Fuerunt) qui negarent se ulli consilio interfuisse.
2. Quis est qui dicat vitam quam libertatem cariorem esse?
3. Nemo eo tempore Romae erat quin Ciceroni potius quam Catilinae faveret.
4. Nemo fere tam improbus est quin aliquando recte (iure) agere velit.
5. Verres videbatur non idoneus esse qui provinciam administraret.
6. Pauci in hac civitate sunt quibus novae leges aequiores prioribus videantur.
7. Non is erat Augustus qui pateretur Antonium toti populo servitutem minari.
8. Credo neminem hic esse (adesse) quin proditores oderit.
9. Non ei erant Galli qui facile cederent.
10. Nemo pauper erat cui non aut pecuniam aut agrum daremus.

Exercise 29A

1. Caesar Bruto Catonique odio erat (fuit).
2. Cibi inopia mihi magnae curae est.
3. Caesar tres cohortes navibus praesidio reliquerat.
4. Manlius propter virtutem (Manlius virtute) urbi saluti fuit.
5. Frumentum captum nostris magno usui fuit.
6. Mores patris tui (vestri) bonis civibus odio sunt.
7. Classis nostra magno praesidio sociis fuit.
8. Equites legionibus laborantibus auxilio (subsidio) missi sunt.
9. Navium magnitudo Romanis in eo proelio magno impedimento fuit.
10. Salus huius rei publicae (civitatis) semper dis cordi erit.

Exercise 29B

1. Maiorum [nostrorum] sapientia semper nobis exemplo sit.
2. Puto nivem sequentibus impedimento fore, nobis auxilio.
3. Tanto ei fuit dolori matris mors (mater mortua) ut numquam postea riserit (rideret).
4. Cur Antonius omnibus eis odio fuit quibus libertas erat cara (cordi)?
5. Caesar, quingentis peditibus castris praedaeque praesidio relictis, profectus est.
6. Magnus ventus hostibus exitio, nostrae classi saluti fuit.
7. Cicero credebat consulatum magno sibi honori futurum (fore).
8. Quanto dedecori parentibus miseris fuit scelus tuum!
9. Aliis oneri esse honores videntur, aliis usui.
10. Mihi quidem oratio tua magno est audaciae documento (argumento).

Exercise 30A

1. Magister iniquus librum mihi ademit.
2. Duo praetores creabuntur qui leges administrent.
3. Filium de muro iactum (deiectum) centurioni scutum percussit.
4. Hoc nuntio allato, undique in forum concursus est.
5. Consilium tuum amicis[tuis] semper magno usui erit.*

6. Si omnia arma tradideritis (Omnibus armis traditis) vobis ignoscetur.
7. Clamore sublato (Ubi conclamatum erit) scies arcem captam esse.*
8. Quo celerius ad oram perveniamus, totam noctem ire (iter facere) in animo habemus. (Or fut. part.)
9. Hi nautae aegre e mari erepti sunt.
10. Impetu audaci equites captivos hostibus eripuerunt.
11. Ubi fratri obviam veni (Fratri obviam factus) ei manum comprehendi et flevi.
12. Magnae curae mihi fuit quod non ad tempus venisti(s).
13. Tandem me auctore (me suadente) sororem meam rogavit ut sibi nuheret.
14. Ego fraterque locum novae urbi deligemus (capiemus).
15. Comes meus me hortatus est ut sibi succurrerem (sibi auxilio venirem).
16. Senatores (Patres) Pompeium delegerant qui novo exercitui praesesset.
17. Semper eis consule quibus auxilio tuo opus est.*
18. Tres naves longae portui praesidio relictae erant.
19. Nonne hoc aurum nobis maximo usui erit?
20. Non tamen ei sunt barbari qui libentes (libenter) aurum nobis dent.

Exercise 30B

1. Nemo est quin sciat Homerum caecum fuisse poetam; sed ubi natus sit incertum est.
2. Imperator, veritus hostes longius prosequi, receptui cecinit.
3. Hoc tanto in discrimine neutri rei publicae auxilio venerunt (rei publicae subvenerunt).
4. Ab eis quibus profueramus nobis invisum est.
5. A quarta hora ad multum diem pugnatum erat.
6. Agricola, legioni vicesimae praefectus, se imperatorem prudentem praestitit (praebuit).
7. Multae causae sunt cur non semper vera dicere audeamus.
8. Non potuimus sociis persuadere ut diutius hostibus resisterent.
9. Tibi iratus sum quod non officium praestitisti.*